



SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO

DN. IOANNI
GVILIELMO

DUCI SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE
AC MONTIVM,
LANDGRAVIO THVRINGIAE,
MARCHIONI MISNIAE,
PRINCIPI HENNEBERGIAE,
COMITI IN MARCA ET RAVENSBERG,
DYNASTAE IN RAVENSTEIN, ETC.

publicum Academiae Patriae moderamen,

id quod a. d. VIII. Calend. Mart.

CIC ICC LXXXIIX.

sollemni ritu, more majorum,

cepessit,

congratulantur

devotissimi

SERENITATI EIVS
COMMENSALES SAGITTARIANI.

JENÆ,

LITTERIS NISIANIS.

FESTVM IENA DIEM AGIT,
 ET FAVSTIS VNIVERSA SACRIS OPERATVR.
 AVLA, ACADEMIA, CIVES,
 LAETA FRONTE, DEVOTA MENTE, OBSEQVIO PIO
 PATRIAE PRINCIPEM,
 COMMVNE OMNIVM DELICIVM,
 IN SVMMIS VENERABILIS PURPVRAE INSIGNIBVS
 OMNES INVICEM OCCVPANT SVSCIPERE AC VENERARI.
 QVANTVS PRIVATVS CUNCTORVM SIT AMOR ET LAETITIA,
 PVBLICO AMORE ET LAETITIA TESTARI CVPIVNT.
 ACADEMIA IN PRIMIS,
 VT PROPRIVM EIVS ILLVSTRE HOC DECVS,
 TOTA EST IN POMPA PARANDA SOLLEMNIORI,
 NE ARGVMENTA GRANDIS FELICITATIS
 NON INTELLIGERE EXISTIMETVR.
 STAT LATE CONSPICVA MOLES,
 ARCVS DOCTA MANV EXCITATVS,
 VIRTVTI AC HONORI PRINCIPIS IVVENTVTIS
 A STUDIOSA IVVENTVTE DEVOTVS;
 VT AETERNO AD POSTEROS MONVMENTO
 LAVDABILE EXEMPLVM TRANSMITTERETVR.
 QVID RENIDES ZOILE?
 CONTECTI CAEDIBVS CAMPI,
 INFECTA VICTORIIS MARIA,
 MERVERVNT ILLA QVIDEM MERENTQVE
 FAMAE AC GLORIAE PRAEMIA,
 AES AC MARMORA.
 SED CAMPI CAEDIBVS CONTEGVNTVR,
 MARIA VICTORIIS INFICIVNTVR,
 VT TOGAE SALVS MARTIS EVERRICVLO INVENIATVR,
 AC EX VASTITATE HORRIDA
 MOX PVLCHRIOR CVLTVS CREETVR,
 PRVDENTIA SOCIISQVE VITAE ARTIBVS
 AD REGNI MODERAMEN POSTLIMINIO REDVCTIS.
 FAS EST ATQVE AEQVVM,
 NE VRBIS TERRARVM DOMINAE
 EX FALSIS PVDOR CALVMNIIS
 ARGVATVR, DIFFERATVR.
 VERA OPPROBRIA, NON SVNT OPPROBRIA,
 SED UTILIA POSTERIS DOCUMENTA.
 SI QVIS ARCVM, ROMANE, TRIVMPHALEM,
 AC LAVREAE INSIGNIA A PATRIA EXSPECTARET,
 QVINQVE, VNA ACIE, HOMINVM MILLIA ORCO MITTENDA ERANT.
 AC SI NVMERO CADAVERVM,
 NON VIRTVTIS PRETIO AC GLORIA,
 TAM EXCELSVM DECVS ESSET MERENDVM.
 NEMPE IAM PRIMA VRBIS CASA
 CONDITORIS CRVORE FOEDE MACVLATA ERAT;
 MARS PATER, NVLLO AEQVE
 AC SANGVINIS FLVENTIS FORMOSO SPECTACVLO DELECTABATVR;
 HINC ET POSTERIS PER CRVDELES SVCCESVS
 AD ORBIS PRINCIPATVM GRASSANDVM VIDEBATVR,
 ET INHVMANA FERITAS LEGE SANCIENDA.

ALII IN DESERTO LITORE VASTISQUE MONTIBVS,
VNDE NE PROCVL QVIDEM HOSTIVM EMICARENT VESTIGIA,

OPIMOS LAVREAE RAMVLOS
FESTINABVNDAM MANV DECERPSE-
RANT:
QVI QVIDEM NEQVISSIMAM FRAVDEM LEGI FECERE,
ET AETERNVM SIMVL PATRIAE DEDECVS

SVIS CVM HONORIBVS, RECTIVS INFAMIA,
VANA CVPIDITATE CONIVNXERE,
ITAQVE QVI LEGITIME EA ORNAMENTA APISCEBANTVR,
HIS CRVDELITATE INSIGNI LEGI SATIS ERAT FACIENDVM,
QVAM COMPESCANT CAETERI LEGIBVS.

QVI PRAVE;
VIRTVTI PERINDE AC HONORI
CVM MAXIMA INIVRIA ILLVDEBANT,
QVIBVS SOLI MAXIME ROMANI
LITARE PROPRIIS AEDIBVS
PRAE OMNIBVS SIBI VIDEBANTVR.
APAGE SECVLI LABEM,
CVIVS ETIAM COMMEMORATIO NON NISI EST TRISTISSIMA,
VTPOTE COMMVNI HVMANITATI VALDE INIQVA.

NOSTRO SERENISSIMO
INCOLVME STABIT AC SECVRVN SVSPICIONIS
NOMINIS INSIGNE NOVVM,
DVM VIRTVS AVDIETVR IN MORTALIBVS.
NON IPSE CAPTAT,
SED SEQVITVR, VT OPORTET, HAEC EVM GLORIA:
NIHILQVE FACIT, NISI QVOD MERVIT.
AC QVOD IVVENTVS PROMTA AGIT,
TANTVM A NECESSITATE,
QVANTVM A SPECIE ABEST ADVLATIONIS.


VIRI GRAVISSIMI,
ACADEMIAE ANTISTITES,
QVORVM IN MVNERIS MAGNA PARTE POSITVM EST,
VT RECTORVM PRAVORVMQVE MERITA RITE CENSEANT,
DIV INDOLEM REGIAM AGNOSCVNT,
DIV PERFECTAM IN TENERA AETATE VIRTVTIEM
TACITE VENERANTVR.

IDEO RECTORIS SCEPTRVM DECERNENDVM ERAT,
NISI QVID IPSE RENVERET.
AC AMPLIORA DECRESSET SENATVS VENERABILIS,
SI PRAE SCEPTRO AMPLIVS MAGISQVE MAGNIFICVM INVENIRETVR.

CIVES ACADEMIAE
COLVNT ILLI QVIDEM IVDICIA PRAECEPTORVM,
VERVM ET IPSIMET PRAESENS INTVENTVR
MAGNVN PRINCIPIS INSTAR,
AC QVAE MIRIFICA IN EO,
QVOTIDIE CVM DELECTATIONE ADMIRANTVR:
SALVTIS ETIAM CVRAM MVLTAM AB EO SVNT EXPERTI.
AGVNT IGITVR GRATIAS
NON TAM GLORIAE ILLIVS, QVAM CLEMENTIAE,
VT MEMORIA OPTIMI PRINCIPIS
EO QVQVE IN MONVMENTO PROROGARETVR.

GAVDE IENA,
CVSTODE RERVN IOHANNE GVILIELMO,
NOVI TIBI SOLES IRE INCIPIENT.

VIX PRIMVM PATRIAE SE REDDIDERAT,
 VNDE NVNQVAM ABESSE MERVISSET,
 LONGA OMNIVM EXPECTATIO,
 ORDINEM STATIM RECTVM
 ET VAGANTI FRENA LICENTIAE INIECIT,
 CVLPASQVE COMITATE AMOVIT.
 NVMEN PIETATI HOC PRINCIPIS DABAT,
 VT INVSITATVM AC TAM SALVTARE GAVDIVM GAUDERET.
 AC IVVENTVS DEBEBAT HVMANITATI EIVS ADMIRABILI,
 VT PVDORIS HABERET RATIONEM,
 ET AD MELIORA A NON RECTIS COMPONERETVR.
 QVI AD IMPERIA A FATIS DELECTVS EST,
 AC SOLA CVPIT PRAESTANTIA A MVLTIPLVDINE DIFFERRE,
 SVpra ETIAM PRAECEPTA ALIORVM GRAVIA,
 VNICA MORVM LENITATE
 AD AEQVAM SIMILITVDINEM COGIT.
 HOC OMEN FVTVRI EMICABAT,
 CVM NEMO EI ADVERTERET;
 POSTQVAM SIC FIDES BONA SEQVITVR,
 AVGVRIVM OMNES CERTISSIMVM MANIBVS TENENT.
 DE RELIQVO VIRTVTVM CVMVLO,
 LICERET HEROVM IMMORTALIVM,
 QVOTQVOT IN CELSISSIMIS SAXONIBVS ORTI, OMNIVM
 IN INCREMENTO MAGNO
 NON DIVES SEMINVM VBER,
 INSTAR ETIAM LVCVLENTVM INVENIRE,
 SI EXITVS TAM FACILIS,
 QVAM PRINCIPIA EXPOSITA PATERENT;
 NVNC NVMERO OBRVIMVR,
 QVEM NEFAS SVBITA MENTE DELIBARE,
 ET CAETEROQVIN ETIAM SEQVITVR,
 VT, DE QVIBVS TACEAS,
 TANTA, QVANTA SVNT, ESSE VIDEANTVR.
 VT NIHIL DIGNAE SORTIS ALIVNDE DEESSET,
 QVI PROPRIA MENTIS EXCELLENTIA
 QVAEQVE MAIORVM VESTIGIA
 PARI GRADV IMPLERET,
 PVRPVRAE ACADEMICAE ORNAMENTVM,
 QVOD QVIDAM SVORVM TVLISSENT,
 ERAT ADIVNGENDVM.
 ETIAM IN EO
 TANTVM NON CEDIT EXEMPLIS GRANDIBVS,
 QVANTVM FORTASSE OMNIBVS AETATIS CEDIT IMMATVRITATE.
 QVOD OMNINO FELIX ATQVE FAVSTVM,
 EVENIRE SANCTVM NVMEN FACIET,
 SI CAETERA FAVSTISSIMA INDVLSIT.
 ITE COMMILITONES,
 SACRVM DIEM, VT GAVDIIS,
 ITA ET VOTIS PIIS, PROSEQVAMVR;
 AC ITA ACCLAMEMVS:
 DENT TIBI AETATEM FATA,
 PRINCEPS OPTIME,
 RECTOR MAGNIFICENTISSIME,
 QVAM MERERIS;
 ET SERVENT ANIMVM,
 QVEM DEDERVNT.





SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO

DN. IOHANNI
GVILMO

DVCI SAXONIAE

LIVIAE

AC M

LANDGRAVIAE,

MARCHIAE,

PRINCIPI

COMITI IN MARCHIA

ENSBERG,

DYNASTAE I

N, ETC.

publicum Academ

oder amen,

id quod a. d.

CIC

sollemni

SERENISSIMO

COMMENSARIO

RIANI.

JENAE,

LITTERIS NISIANIS.